BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
39 I
35



R.P.D. Mercurii Vipere Beneuē̄tani Rote ſacri Palatii auditoris de diſciplinarum vir-tutūq; Laudi-bus opuſculum.

✠

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

8
39
I
35

¶ Franciſci: Aquilæ Beneuentani ad Leonē decimū Pont: max. Epiſtolium.

QVm tanta caſtigatarū aurium clementia: faciliſq; benignitas, qū tanta animi ſere/nitas: & humanarum: & diuinarū artium ſtudia in te. Pater beatiſſime Leo dilucide cōſpecta ſint: quę te ad tam celeberrimum: & vnicum imperiū quaſi diuinitus euexere: me deſiturum quin quod habeo: habeboq; tuo nomini dicatum edā nullo pacto fore permictunt. hoc opuſculum: quod de diſciplinarum: virtutūq; laudibus inſcribit Mer/curius tuus ſucciſiuis in diebus: exiguo in tēpore: & ſępenumero interpellato ocio ab exteris curis: abſoluit. haud mirum ſiquid aliud ſtilo addendū excitiſſet ſeu concinnatiorem æloquii vbertatem: ſeu maiorem ſentētiarum grauitatem: quis enim animi non penderet: & imperfecta non cōtexeret qum aliquid ſemel orſus ſi alio impellitur? verū/tamen quoquomodo diiudicandū ſit: opticeſce/re meum eſt: ne meum genus (q turpe eſt) iactare: ipſumq; mihi temere laudando ſuffragari videar: quaſi aliena extollam: ſed intima ilaritate: pręci/puoq; gaudio exilio: qumq; omnes merito po/puli letitia certent. noſtra tēpeſtate tuę naturę do/tes: tuiq; animi bona te iuſtitię cultorem: te rigidę honeſtatis ſeruatorē: in cōmune alterū Catonē:

qui perſpicua probitate Marcos: qui ęquitate Mauricos: qui pietate fratres Curios excellis extu liſſe: q͛ ſi virtutibus inconſtans fortuna non ceſſiſ ſet: quę ſub tuo nomine: nón ſub compēnii: aut inanis popularis aurę prętextu impreſſa exhibui: niſi Veneris marito condonaſſem. Scio enim nõ nullos nequã: & indefuturos homines qui graui- ter: & iniquo animo nihil penſi habētes alienum nomen per docta ora volitare perpeti nequeunt: alienaq̃ ſtudia petulantibus linguis blacterantes: & rubiginoſis dentibus lacerare nunq̃ deſiſtunt: qui ſi quéq̃ iuditio magis q̃ innato animis mor- bo vitio darent: ęquo animo ferendum: & inuito foret: at modo ſi conditoris nomine paſcet liuor: tuum perpetuum extollere ſinet: vale fœlix huma na fœlicitas & ſi pauſillus hic: & indecens tuo no mini honor eſt ſaltem tuam ob humanitaté noli auerſarier.

De diſciplinarum: virtutumq; laudibus
Liber primus fœliciter incipit.

X OMNI GENERE HO
minum: quos æthereo honore dignos virtus effecit: nullum neq; pręſtantius: neq; pulchrius eſſe: meliuſq; exiſtimo: nec maioris gloriæ: honoriſue laude quadam cum beniuolentia: & admiratione colendum q̃ hi: qui diſciplinarum: doctrinæ: & ſapientiæ ſtudiis deditis ad mortalium æmolumentum: & comodum maximos attulere fructus: nam quis erit adeo iniuſtus rerum indagator: qui non fateatur: faceſcatq; dignos eſſe: quos non modo probemus: ſed miremur: non diligamus ſed amemus: non obſeruemus: ſed religioſiſſime colamus? a quibus non tantum domeſticum cõmodum agitur: ſed rerum publicarum: aut totius orbis terrarum ſalus rectiſſime gubernetur: qui quo honore: qua gloria habiti fuere. facile hinc: conſpicueq; perſpici liquet: ſiquidem non modo ſummis viris ęquabant: ſed in deos gentilis illa ſtultitia reponebat Hinc enim Ceres: hinc Minerua: quarum altera tritici: altera oleæ inuentrix putabatur: hinc etiam infinita deorum: dearumq; ſtulta multitudo: e quibus Apollinem vaticinio: Dioniſium

miniſterio: Venerem amori priſci illi veritatis in expertes & inſciiq; preeſſe voluere. extant preterea trophea: ac exempla pene innumerabilia clariſſi morum virorm: qum homines preſertim (na/tura duce) in rerum cognitione ferantur: ac veri indagatione vis ipſa animi non cōquieſcat. quid vero inter mortales virtute maius: preſtabiliusue eſſe poteſt? qua quidem ad deum propius morta les accedant huius enim apud Stoicos ſumma fuit autoritas: nec minor peripateticis ratio. Licet achademicis inutrāq; partem probabilia ſecutis: nihil plane affirmet Plato: ac Cicero in his libris: quos de re pu: attulere: ad eam plane omnia retu/lere. Ita Stoicorum grauiſſimus Seneca: Metro/dorus: ambo Philones: Poſſidoniuſq;: quorū ſtu/diū fuit de virtute animi: ac doctrina precipere: hinc Socraté illum Athenieſem: qui Appollinis oraculo (vt priſca illa veritatis inſcia autuma/bat) ſapiétiſſimus omnium habitus eſt: dicere ſo litum legimus veram quidem ſapientiam: ac di/ſciplinam ad bene: beateq; viuendi rationem ſolá pertinere: Theophraſtus quoq; qum de fœlicita te diſſereret ſolam animi virtutem omnibus ante ponendam céſuit: quod idem Ariſtoteles ad Ni/chomancum ſcripſit: & in ea inſtitutione ad De/nonicum Iſocrates vir Indicendo eloquétiſſimus dé aſſeruit: hinc Plutarcus virtutem annuit oíu m

eſſe volũtatum effectricem: ſic Cicero ex Panę-
tio in ea ſententia fuit: vt nulla prorſus nobis hu-
mana fœlicitas abſq; virtute conſtare queat. De-
niq; quicquid ex omni priſcorum philoſophoꝝ
inſtitutionis memoria ꝓditum eſt. quid pręterea
de Mi liſſo: Empedocle: Anaxagora: & Demo
crito referam? qui philoſophię ſtudia ſummis ho
noribus: ac diuitiis antepoſuerunt: quoſdam vero
etiam abiecisſe res familiares (vt inquit Celius)
quo virtutem ipſam nudi: expeditiq; ſequerentur
idcirco Plato dicit ad Ægyptios nauigaſſe tãtę
fuit autoritatis apud veteres ſapientię nomen: vt
Pythagoras eam oram Italię: quę magna olim
gretia vocitata eſt peragrauit Apollonium ferunt
huius incenſum amore: Perſas: Babylonas: Me-
dos: & Caucaſum penetraſſe: id inquam omne in
ſummam virtutis rationem trahitur: quãuis fœli-
citatem Æpicurus voluptatem nominarit. Hiero
nimus vero Rodius vacuitatem doloris: vt neq;
vita ſine litteris: neq; vlla abſq; virtute fœlicitas
conſtare queat quippe philoſophię virtus inanes
ſollicitudines detrahit: pellit timores: animis me-
detur: ac cupiditatibus liberat quod Cicero ex
Platone aſſeruit philoſophia vero omnium ar-
tium mater: quid eſt aliud niſi (ut Plato dixit)
donum? vt ego inuẽtum deorum: hęc nos primũ
ad illorum cultum: deinde ad ius hominũ: quod

ſitum eſt in generis humani ſocietate:tūc ad mo⸗
deſtiam:magnitudineq̄ꝫ animi erudiuit:eademq̄ꝫ
ab animo:tanq̄ ab oculis caliginem diſpulit: vt
pote diuina illa Chriſti philoſophia: quem qui
ſequitur illuminat:qui temptat exuritur.ipſe eſt
inquam Chriſtus:cuius ſummę religionis origo:
& vertex: vindexq̄ꝫ malorū eximius: bonorum
omnium illuſtrator: qui formam ſub ſe cunctis
orationē: veraq̄ꝫ philoſophica virtute inſtituens:
quo magis doceret pacientes inaduerſis:quas pro
peremni vita degerent tutus omnino: veris ſuis
athletis:quibus aut ęternę vitę quies intuto:aut ēt
eius in lucro eſt vt per diuinā illam philoſophiā:
vt omnia ſupera:infera:prima:vltima:media vi⸗
deremus.Profecto vti viſum mihi eſt animi me⸗
dicina:cuius auxilium non vt incorporis morbis
petendum eſt foris.omnibus opibus:viribuſq̄ꝫ:
vt noſmet ipſi nobis mederi poſſimus elaboran⸗
dum eſt.Hęc inquam diuina videtur mihi virtus:
viſq̄ꝫ:quæ res tantas efficiat:memoria enim rerū
quid eſt?quid porro inuentio?profecto id: quo
in hominę ſummę ſapiētię aſcito:nec quicq̄ ma⸗
ius intelligi poteſt.hinc alibi Cicero o vitæ philo
ſophiæ dux:o virtutis indagatrix:expultrix q̄ꝫ vi⸗
tiorum qum non modo nos: ſed omnino vita
hominum ſine te eſſe potuiſſet:tu vrbes peperiſti
tu diſcipatos homines in ſocietate vitę cōuocaſti:

tu eos primo inter ſe domiciliis:deinde coniun/
gis.tu litterarum.& vocum cōmunione cōiunxi/
ſti:tu lumen legum:tu magiſtra morum:& diſci
plina fuiſti:ad te confugimus a te opem petimus:
tibi nos vt antea magna ex parte:ſic nūq̄ penitus:
totoſq; tradimus ſiquidem vt agri nō omnes fru
giferi ſunt:qui coluntur:falſumq; illud:ac impro
bum:& ſi ſegetem deteriorem ſunt datę fruges:
tamen ipſe ſuaptę natura enitent: ſic animi non
non omnes culti fructum ferunt:atq; vt in eodem
ſimili verſer:vt inquit Cicero:vt ager quāuis fer/
tilis ſine cultura fructuoſus eſſe haud pōt: ſic ſine
vera diſciplina animus.Itaq; eſt vtraq; res māca:
& debilis:ipſa inquam(vt Ariſtoteles a ſtipulat̃)
diuina res diiudicatur deum ipſum mortales co/
gnoſcere docet:virtutis actiones p agere non ſola
oratione promere:hęc exigit:vt ad legem ſuam
quiſq; viuat:ne rationi vita diſſentiat:vt ipſa inter
ſe vita vnius ſine omnium actionum diſſidia co
loris ſit:vt ait Stoicus Seneca maximum hoc eſt:
& officium ſapientię:& initium : & verbis opera
cōueniant:vt ipſe vbiq; pars ſibi eadem ſit.Hinc
Accius Tragicus inclite cecinit parua prędită pa/
tria nomine celebri:claroq; potens pectore Achy
uis Claſſibus autor grauis Dardanis gentibus vl
tor.Laerciade nouiſſime patrem memorat cete℞
omnes laudes eius auxiſti nihil inde:nec Laertes

ſibi : nec Authidia : Nec Acriſius vendicat:hæc tota(vt vides)laudis huius propria Vlixis poſſeſ ſio eſt:nec aliud te í eodem Vlixe. Homerus edo cet:qui ſęmper ei comitē voluit eſſe prudētiam: quam poetico ritu Mineruam nuncupauit : quæ diſciplinarum aletrix etiam cognominatur : igi/ tur hac eadem Comitante omnia horrēda ſubiit: omnia aduerſa ſuperauit. Quare ea adiutrice Cy clopis ſpecus introiuit : ſed ægreſſus eſt ſolis bo/ ues aſpexit:ad inferos veſtigia contorſit : ſed re/ meauit : eadem ſapientia comite Scylla præter nauigauit : nec ereptus eſt Carybdin confectus eſt : nec abſortus : Cyrcis poculum imbibit nec metamorphoſin de ſe tulit : ad Lothophagos acceſſit : nec ibi per ſedit ſyrenas adiit : & receſ/ ſit:ad hoc Apuleius conſideranti mihi inquit ſæ pe alias virtutis indagatrix : & expultris vitio/ rum : diuinarum particeps rerum philoſophia videbatur : & nunc maxime qum naturæ inter/ pretationem : & remotarum ab oculis rerum : inueſtigationem ſibi vendicet:nempe qum mor tales magnitudine rei conterriti huiuſce non per exiguum laborem contempnerent Ipſa inquam ſola ſuum non deſpexit igneniun : nec indi/ gnam ſe exiſtimauit : cui diuinarum : humana/ rumq; rerꝫ diſceptatio deferatur:vt reor:nemine poſſe bene viuere : ſed nec tollerabiliter ſine ſa/

pientia: & ſtudio : diſciplinaq; . Certe qum om/
nia habueris : tunc : & habere ſcientiam voles :
& ſapientiam : hæc erit vltimum vitæ inſtru/
mentum : nam ſapiens fortunam virtute vin/
cit . hinc Anneus præcogitanti mali nullis in/
quit ictus venit : ideo ſtultis fortunæ cedenti/
bus omnis videtur noua rerum inopinata fa/
cies ſapiens igitur aſſueſcit futuris malis : & qui
alii diu patiendo leuia agunt : hic leuia pera/
git diu cogitando : hinc Bias ille viaticum aſ/
ſerebat adoleſcentia ad ſenectutem ſapientiam
compara : ea quippe vera eſt ſolaq; poſſeſſio :
qum ſapientis ſit proprium nihil quod peni/
tere poſſit agere nihil inuitum ſplendide con/
ſtanter : grauiter : honeſte omnia vt præclare
Cicero aſtipulatur nihil ita expectare quaſi cer/
to futurum : nihil qum acciderit admirari : vt
inopinatum : ac nouum accediſſe videatur qum
omnia ſua in ſe poſita eſſe ducit : humanoſq;
caſus virtute ad inferiores putat : omnia quidem
ad ſuum arbitriumręferre : ſuiſq; iudiciis ſtare
illud Pythagoricum in mentis archano fixum rę
tinens duorum temporum maximam agebat
curam habendam mane : & veſperi : ideſt quæ
acturi ſumus : & quę geximus : ambabuſq; ſuis
partibus indifferendo vtitur cum incomodis cō
ferens qum alterum ſequi : vitare alterum coarte/

mur vt aſſerebat Iſocrates fortitudo cum pruden tia: & ſapiẽtia quidem iuuit: ſine vero hac magis habentes leſit quando inquiens pro tuis rebus fu- turus ſis ab aliquo conſulere primum conſidera quonam pacto ſua adminiſtrauit: male enim de- liberans: de propriis Nusq̄ bene conſulat de alie- nis: hinc illud Plauti ſiquam rem accuras ſobrie: ac frugaliter ſolet illa recte ſuum manus ſuccede- re: atq; edepol ferme: vt quiſq; rem accurat ſuam ſic ei procedit: qum nullius virtutis vſum vt in- quit Zenophon abſq; ſapientia vtilem eſſe: nul- loſq; quicunq; hi fuerint ciues procul a ſapientia poſſe: neq; publicis: neq; priuatis in rebus boni viri officium pręſtare: amicos quoq; gratiores ſa pientia efficere. Enimuero ſicut videtur inquiens eſſe fortiſſimus: qui plurimos hoſtium pugnan- do cœperit ita extimandum fore percenſemus: q ſapientia: prudentiaq;: qui plures in ſuam traxerit ſententiam ęloquentia: ac ſapientia: necnon pru- dentia pręditus exiſtimatur: vnde Lucius Apule- ius qum de ſocrate a ſtipularetur ſimiliter igitur inquit: & in hominibus contemplandis noli illa aliena exiſtimare: ſed ipſum hominem penitus Cõſidera: ipſum vti meum Socratem pauperem ſpecta aliena aũt voco: quę parentes pepererunt: & fortuna largita eſt: quorum nihil laudibus So- cratis mei admiſceo nullam generoſitatem: nullã

proſapiam: nullos longos natales. nullas inuidio
ſas diuitias: hęc enim cunta vt dico aliena ſunt
igitur omnia ſuctiliter aliena munera licebit ge/
neroſus eſt: parentes laudas: diues eſt non credo
fortunę magis iſta dinumero: validus eſt: egritu/
dine fatigabitur: pernix abit in ſenectute: formo/
ſus eſt expecta pauliſper: & nõ erit: at enim bonis
artibus eſt eruditus: & apprime doctus: & quan/
tum licet homini ſapiens: tandẽ aliquãdo ipſum
vinum laudas. hoc enim ne a patre hereditarium
eſt: nec caſu pendulum: nec aut ſuffragio admini
culum: nec a corpore caducum: nec ab ętate mu/
tabile: hęc omnia meus Socrates habuit ideo cę/
tera habere contempſit: qum igitur: & tu ad ſtu/
dium ſapientię te ingeris: vt proſperas ſaltem: vt
nihil alienum in laudibus tuis audias: hinc Vale/
ri⁹ qd ceſſo inquit vires diſciplinarũ: induſtrięq̧
cõmemorare? cuius alacri ſtudio milites ſtipẽdia
roborant: foreſi gloria accendũtur: fido ſinu cũta
ſtudia recepta nutriuntur quicquid animo: quic/
quid lingua: qcquid manu admirabile eſt ad cu/
mulum laudis perducitur: quę qum ſit perfectiſ/
ſima virtus duramento ſui confirmatur. Hinc Py
ſiſtratus Athenienſis ille tyrannus tantum indicẽ
do valuiſſe dicitur: vt ei athenienſes regium im/
perium oratione capiti permicterent qum pręſer
tim amantiſſimus patriæ Solon e contraria parte

niteretur: ſed alterius ſalubriores erant concio/nes: alterius diſertiores: quo euenit: vt alioquin prudentiſſima ciuitas libertati ſeruitutem præfer/ret: vtriuſq; etiam diſciplinę laudem duo inter ſe reges partiti ſunt. Cyrus omnium militum ſuorum nomina. Mytridates duarum: & vi/ginti gentium: quæ ſub regno eius erant Lin/quas ediſcendo ille vt ſine monitore exercitum ſalutaret: hic vt eos: quibus imperabat ſine in/terprætre alloqui poſſet: vnde Alexandri mens Laudis inſaciabilis: qui Anaxarco comiti ſuo ex autoritate Democriti pręceptoris innumerabi les mundos eſſe referenti hei mihi inquit miſero: ꝙ nec vno quidem adhuc ſum potitus angusta homini poſſeſſio gloriæ fuit: quæ deorum om/nium domicilio ſufficit Pythagoræ tanta uene/ratio ab autoribus tributa eſt: vt quę ab eo acce/perant in diſputationem deducere nephas puta/rent: qum etiam interpellati ad reddendam cau/ſam hoc ſolum reſpondebant ipſum dixiſſe So/cratem conſtat: etate iam prouectum fidibus tractandi operamdare cepiſſe ſatius iudicantem eius artis vſum ſero q̃ nunq̃ percipere. Et quan/tula ſocrati acceſſio ſcientiæ futura erat: ſed peruicax hominis induſtria tantis doctrinę ſuæ diuitiis etiam muſicæ rationis viliſſimum ele/mentum accedere voluit dum ergo ad diſcen/

dum ſe pauperem credidit ad docendum fecit locupletiſſimum: quam quidem muſicam a di/uino Platone in tris partes eſſe diſiunctas: qua/rum manu prima: altera cantu: tertia vtroq; conſtaret: eius autem inuentorem greci Pytha/goram fuiſſe tradunt virum non modo tanta/rum rerum inuentione clarum: ſed viuendi etiã integritate ſanctiſſimum quamuis Æbrei ab ipſis æffluxiſſe autumant vnde Pythagoras primus fertur ex malleorum ictibus vocum diuerſarum numeros: modos: inflexioneſq; conſiderans mu/ſicam deinde artem diuina quadam induſtria conceſſiſſe Cytheram tradunt inueniſſe Orphe/um: qui ſi Poetarum figmentis credatur non ſolum mortales: agreſtes: atq; rudes: ſed ty/gres: ac Leones: & inferos manes lyrę ſuauitate demulſit fiſtulam quidem Pan archadicus pri/mus inflauit: geminas vero tybias Marſia phry/gius: quem poetæ ab Apolline inuerſa Cythera ſuperatum: excoriatumq; cecinerunt. Orion etiã corynti mirificus eſt habitus cytharedus vt Del/phinem ad opem ſibi ferendam cantus ſuauitate ꝓuocauerit: quæ vero de Amphione: atq; Apol/line prædicantur: quibus Lyra canentibus La/pidem certatim in muros ſe ſe: atq; mœnia com/ponebant: & alia quidem portenta: quæ quidem figmẽtis poetaꝝ relinquenda præpoſui. Plurimũ

muſica poſt Socratem:Phedronem.eius diſcipu
lum oblectatum ferunt:nō ſolum philoſophari:
ſed etiam cytharam pulſare didiciſſe.Epaminū/
dam quoq; Thebanum virum totius gretię mili/
tari ſcientia pręſtantiſſimum ſatis pręclare ceciniſ
ſe:ac illam etiam a Chyrone Centauro didiciſſe
quicquid enim canebant fere eruditum:elegantiſ
ſimum:& metrico ritimo compoſitum erat:ſiue
laudes deorum quales Indi Orphei:ſiue decora
clariſſimorum virorum:victoreſq; olympiorum
certaminum:& reliquarum celebritatum:quales
Pindari:& aliorum:ſeu nuptię:vt Peanes eiuſdē
canerētur:innumera alia argumenta funebria:cō
plorationes:amatoria acta:epulis aliam ad deprę
candam peſtilentiam:alię materię tragicę:& Co
micę.Proinde Ariſtophanum quoq; tarētinum:
qui quoniam cęteris in ea arte pręſtare viſus eſt
muſicum appellarunt. Simonides etiam Chius
fuiſſe traditur canēdi:pulſandiq; arte peritiſſimus:
illud tamen ſatis conſtat muſicam apud veteres
honori erat:& neq; conuiuia:nec ludos:aut fune/
bria ſine tybiarum cantu rem pręterea ad animi:
atq; aurium delectationem mirifice accomoda/
tam.nulla enim ex re ſolent mortales voluptatē
ſuſcipere propter inſitam in animis hominum di
uinis:& ſempiternis cęleſtis armonię memoriam
idem nouem muſas totidem cœli orbes putant

appellatos: qui tanto impetu: & concitatione ra-
piuntur: vt ſonum efficiant incredibili varietate
ſuauiſſimum: atq; diuinum mortalium auribus
nusq̃ perceptum tanta vis eſt: vt poetę canunt tan
ta in muſica ſuauitas: vt Alexinę fontem cythe-
rę ſono permoueri: & quaſi ad tripudium excita-
ri autores: & multi: grauiſſimiq; fateantur: nam
eius dulcedine cunta viuentium animalia, capiũ-
tur: cuius origo cęleſtis memoratur ipſiuſq; ratio
ne mundum Pythagorici compactum eſſe edixe
re vnde Priſci Theologi nouem muſas eſſe dixe-
re: vt octo ſpherarum cœleſtium muſicos conce-
ptus: & vnam maximam continentiam: quę con
ſtat ex omnibus: quam armoniam nuncupauere:
cœlumq; ipſum canere aſſeruere Quam Ariſtote
les inter diſciplinas ingenuas collocatam diſſer-
uit: Muſeus dulciſſimam eſſe mortalibus: hinc Se
nocrates: qui organicis modulis lymphaticos cu
raſſe peribetur: inde etiam traditum eſt in diuinis
ſcripturis. Dauit: Saul a furore, dementiaq;: qua
itidem corripiebatur refocillaſſe, ac Aſclepiades:
qui tybiarum cantu ſurdiſſimis medebatur: Tha
lentem quoq; cretenſem cythare ſuauitate peſtilẽ
tiam, ac morbos fugauiſſe: & cantu tybicinũ me
deri creduntur Iſchiagi Theophraſtus quoq; ad
effectiones animi moderandas tybias adhibuiſſe
fertur: quid multa muſices diſciplina? non ſolum

homines: delphines mulcētur: aues fiſtulis alliciū tur: itidē & cerui architectus quoq; citra miſicen vt Vitruuius inquit imperfectus erit ad baliſtarū quidem tormentorum: catapultarum ſcorpionū temperaturas: ydraulicas quoq; machinas efficere ad hoc Timotheus maxime celebratur pręconio: q Alexandrum muſici cantus modulatione ad arma corripienda iuflāmaret idem accenſum co hiberet hinc Cretenſes: & lacedemonii ad cythe/ram dimicabant Aliantes rex Lydorum Hero/doto autore fiſtulatores: fidicinaſq; cōcinentes in exercitu detinuiſſe Amazones ad calamos arma tractabant: Sybarintę ad tybias qum non ſolum a grecis: latiniſq; verum ab ebreis percęptum exti tit: quid enim pſalterio modulatius quid canorū magis: quod immorem Horatii: Pindariq; decur rit? quid Iſayę canticu pulchrius: Deutron omi/q;? quid Salamone grauius? quid perfectius Iob? quę omnia exametris: & pentannetris verſibus: vt eruditi aſſerunt apud æbreos p acta citra ſalebro/ſam aſpredinem progrediuntur. igitur ocium: q induſtrię: doctrinęue ſtudio maxime contrarium videtur pręcipue ſubnecti debet non euaneſcit vir tus: ſed quo recreatur alterum etiam inertibus vi/tandum: alterum ſtrenuis. quoq; interdum appe/tendum eſt illis ne propriam vitam eneruēt exi/gant his: vt tempeſtiua laboris remiſſione ad la/

borandum fiant vegetiores hinc Socrates : cui nulla pars ſapientię obſcura fuit interpoſita harũ/dine cruribus ſuis cum paruis filiolis inde irriſus ab Acimalde quintus Ortenſius plurimum in corporis decoro repoſitum credens pene plus vt inquit Valerius ſtudii in eodem laborando q̃ in ipſa ęloquentia affectanda impendit itaq; neſcires vtrum cupidus ad audiendum eum : an ad expe/ctandum occurreretur vt dioniſia geſtuncula nũ/cuparetur : ſic verbis oratoris aſpectus : & rurſus aſpectui verba ſeruiebant. ſic ille Mutius ſceuola alea : & calculis interdum vacaſſe dicitur : pilaq; optime luſiſſe traditur ad hoc diuerticulum ani/mum ſuum forenſibus miniſteriis : & fatigatum transferre ſolebat : ita in ſcenis luſibus hominem agebat : quem rerum naturam pacientem conti/nui laboris eſſe non ſinit. Hinc Cicero Gor/gias Leontinus qum centeſimum : & ſeptimum ageret annum interogatus qua propter tam diu viuere vellet? quia nihil inquit habeo quo Sene/ctutem meam a :cuſem : qui iſto tractu ætatis aut longius : aut beatius iam alteꝝ ſeculũ ingreſſus : neq; in hoc quærelam vllam inuenit : neq; in illo reliquit : quippe nulla eſt tãta humilitas : quæ dul cedine gloriæ nõ tangatur : illa vero : ac claris vi/ris interdum ex humilibus rebus petita eſt ceterũ gloria ne ab his quidem : qui contemptum eius

introducere conantur negligitur: quoniam vt in-
quit Valerius ipſis voluminibus nomina ſua dili
genter adiciat: vt quod profeſſione leuāt vſurpa-
tione memorię aſſequantur. Ea quidem (vt reor)
gloriā q̄ fallax ſępe: q̄ turpis eſt: non iniuria tragi
cus exclamat gloria in mētibus mortalium nihil
aliud eſt q̄ aurium inflatio magna ſic rerum ver-
ſa cōditio eſt: vt Seuerino placuit: vt demum me
rito rationis animal non aliter ſibi blendere niſi
inanis ſupellectilis poſſeſſione videatur. Ex quo
Gneus Seneca nunquid ait fortis ſe fortem gloria
bitur: qué corporis ęgritudo effecit in futurum?
nunquid diues in opibus ſuis gloriatur: cuius ſpé
fur: vel tyrandus arripuit? nunquid nobilitas glo
riabitur effecta nōnunq̄ indignis: & miſerabilio-
ribus ſeruiés? vnde quiſquis eſt deterior: iam me
lior eſſe cœpit: caueat de acceptis extolli virtuti-
bus ne grauius tumidam gloriam quę prius p lap
ſum vitiorum iacebat: vnde Solon neminem dū
dahuc viueret beatum dici debere arbitrabatur ꝙ
ed vltimum vſq; fati diem ancipiti fortunę ſubie
cti eſſemus: beatus quidem eſtimandus cenſeo:
qui ſit in bonis nullo adiunto malo vbi diuina
lux enitet: qum illam ſuo loco conſpiciemus.
Hęc inquam cogitatio nihil ſordidum animo
ſubſidere ſinit: nihil humile: nihil ſenum: deum
rerum omnium eſſe teſtem ait Seneca illi nos ap-

probare:illi nos in futurum parari iubet imagina re inquam o mortalis tecum quantus ille ſit ful/ gor tot ſideribus nulla ſerenum vmbra turbabit: ęqualiter ſbādebit omne cœli Latus:in illa æthe rea beatitudine Caſſiadoro a ſtipulante veraciter ſine fine gaudium eſt ſine aliquo tedio manens ſęmper eternitas: & inſpectio ſola diuinitatis effi/ cit: vt pulcrius nihil eſſe queat : hęc peremnitatē pręſtant:hęꝰ iocuoditatem accumulant:a quibus impii ſolum extruduntur qui male de deo : deq; animi ratione ſentiunt & virtutem negligētes:cor poris voluptatem omni ex parte amplectuntur: quāuis enim ſapiens maximi virtutis pręmium inconſcientia egregiorum factorum eſſe ſtatuat: quāq; humanis mentibus cogitari poſſunt:parui quidem temporis munus eſt: vt pręſul ille Caeta nus aſſeruit : laura q̄ primū enim areſcit paruus etiam tryumphus:quādo noua victoria vetus an tiquatur : & noua laus veterem trudit ſicut cur/ ſus curſu vincitur:ſic in viris fortibus virtute ſu/ peratur (vt in Antonium ait Cycero) ſtatuę:ar/ cus:trophea: & alia huiuſce monumenta diutur/ na magis ſunt non tamen perpetua :ad quę diſcu tienda valent ſterilis mala robora ficus(vt ſatirus cecinit) proinde deus op:max:non ſatis pręmii eſſe putans quicquid a mortalibus tradi poteſt hi qui pietatem : ac iuſtitiam ſeruauerint rem pu:

mortaleſq; optime gubernauerint eterni æui parti cipes eos reddidit vt cũ numinibus ſempiterna vi ta fruerentur. Hęc eſt inquã illa beatitudo: quam Plato prẽmiã virtutis eſſe exiſtimat: quãq; cũ ſe cutus Cicero verã fœlicitatẽ appellat: hinc Celius at vero morte ſubſcepta inquit: qd vlterius bonũ ſpectari poteſt niſi ęternitas? nam ea vero perfecta fœlicitas eſt: quæ ſufficientẽ: potentẽ: reuerendũ: celebrem: letumq; perſiciat: liquet igitur eſſe bea titudinem ſtatum bonorum omnium congre gatione perfectum: eſt enim mentibus veri boni naturalirer inſerta cupiditas: ſed ad falſa deuius error adducit ad idem illud Seuerini: nam quo niam ait beatitudinis adeptione fiunt homines beati: beatitudo vero eſt ipſa diuinitas diuinitatis adeptione fieri beatos manifeſtum eſt: ſed vti iu ſtitię adeptione iuſti ſapientię ſapientes fiunt: ita diuinitatem adeptos ſemideos fieri ſimili ratio ne neceſſe eſt: omnis igitur beatus ſemideus: ſed natura quidem vnus participatione vero nihil prohibet eſſe q̃ plnrimos, hinc Plato: Ciceroq;: qui etiam in hanc veritatem ciuibus ſuis perſua deret cõmentitiam quãdam fabellam meditatus eſt: ut cęleſtium ſecretorum optimum quẽpiam relatorem videretur habere quẽdam militem pã philium genere inducit: qui multis vulneribus in prẽlio transfixus vitam effudiſſe viſus fuerat vn

decimo aũt die qum ad vltimum rogum raperetᷣ ſubito: ſeu recepto ſpiritu: ſeu retento ſe viuere ex clamauit: vt cõuocatis omnibus: ad concionẽ lon go ſermone: de deo: deq; animi ĩmortalitate aſſer uit: & oĩa ſe vidiſſe ꝓfitebatur: monebatq; oẽs: vt iuſtitiam: pietatemq; colorent: quibus virtuti/ bus ĩmortalitatis pręmia expoſita eſſent: iniuſtis aũt: atq; impiis perpetuę Acherontis penę ĩmine/ rent: cuius maximi Philoſophoꝝ cumulus Cice/ ro: quo grauiore teſte vteretᷣ: & rẽ minoris mira/ culi narraret ſomniũ Scipionis affert: ĩ quo ad ſu pera ſe ꝓtractũ ait: vt cœlũ: ſolẽ: ſtellas: terrãq; cõ ſpexiſſet: & loca illa: in qbus optime meritoꝝ ani mi poſt emerita humenę vitę ſtipẽdia futuri ſunt & patrię victoriã Carthaginis interitum: capitoli nũ tryũphũ: hęc & ſimilia figmẽta: vt ad virtutes mortales allicerẽt: q̃ nobis: q diuinã illã chriſtianã religionẽ ꝓfitemur exploratiſſima ſunt: habemus enim autorẽ veꝝ vnicũ dei filiũ: q vero teſtimo/ nio nos oĩa edocuit, nec cõmẽtitiis fabellis agemꝰ: ad cuius diſciplinã cõfugiẽdũ eſt ſi fęlices eſſe vo lumus & cũ diuis vita frui ſempiterna: Deniq; pri ſci: viriq; illuſtres maximos honores Athletis: q ĩ ludis olympicis: Pythiis: Iſtmiis: nemeęis tro/ pheũ: euectũ duxiſſent Vitruuio autorẽ: nã qũ pal ma: & corona decorarentᷣ in ſuas mox: vrbes: pa triaſq; remeãtes quadrigis tryumphalibus inuecti

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

conſpiciebantur: & quo aduiuerent publico ſtipẽdio vitam degebant: q me excogitantem admiratio non modica ſubiit: cur nõ idem: vel potius maiores honores: locupletioraq munera tributa ſint rerum geſtarum ſcriptoribus: qui innumeras voluptates mortalibus prebent: & toto humano genere optime merentur: qui tanto athletis anteponendi ſunt quanto animi corporibus antecelluntur: a pugilibus enim vires corporis a ſcriptoribus animi exercẽtur: illi corpora ſaginant: iſti animis pabulum ſuggerunt. copioſum: & ſolam immortalitatem aucupantur: quo circa qum multũ debeamus ſingulis ſingularum rerum conditoribus: tum plurimum pręfecto debemus: quibus nihil ſalubrius: nihil pręſtantius excogitatum extitit: enimuero licteris cõſtat immortalitas hominum: & memorię fulcitur eternitas licterę longis retro æuis a mortalibus geſtas nobis oſtentant licteris cognitio omnium diſciplinarum percepta eſt cõmertium licterarum tolle ſolem e mundo ſubſtuleris: a quibus grãmatica ipſa parens reliquarum arcium effluxit huius tam excellentis & tam neceſſarii boni: quis nam autor ambigitur nam Aſſyrias eſſe Plinius a ſtipulatur: q Æpigeles Babylonius aſſirmat: Diodorus Ægyptias a Mercurio: ipſiſq Aſſyriis Radhamantum eas prębuiſſe Ægyptiis autẽ vt alii autumant & Cal/

deis Anubis: qui apud eos colebatur eas excogi-taſſe memorant: alii vt memorię proditū eſt Me-nonem annis aliquod ante Phoroneum vetuſtiſ-ſimum gręcię regem ægyptiis licteras tradidiſſe grecarū inuentores tyrios fuiſſe tradunt. Hi ſexdecim dūtaxat ad inuenere Palamides p belli troyani tēpora adiunxiſſe fertur totidem: ꝙ poſt illum Symonidem medicum addidiſſe. Plato autem a Theotante quodam Ægyptio deo repertę quidā e Phenitia Cadmū aduxiſſe: Ariſtoteles duas ab Æpicarmo duas additas de Phenicibus Lucanus canit: Phenices primi famę ſi credimus: auſi Māſuram rudibus vocē ſignare figuris. Eupolemus apud Euſebium primam licterarum inuentionē Moyſi tradidit: filo Abramo tribuit: Ioſephus vero hanc refert gloriam ad Adami filium Septe qui it in duabus cum columnis rerum cęleſtium diſciplinā cōſcripſiſſe: grecis vero aſſerit nullum fuiſſe litterarum vſum ante bellū troyanum: aut Homerum ꝙ Euſepius abſtruit mēdatio non carere: nā aſſerit ante Homeꝝ linum: Philomenē: Thamiram: Amphyonem: Orpheum Muſeū: Æpimenidem: Ariſteum: Sybillam: Diodorus autem Æthyopum litteras eſſe autumat: greca vero veteres fuiſſe eaſdem: pene quæ latinę nunc ſunt initio eſt Delphica ænea tabula Mineruę dicata in bybliotheca conſpitiebatur Plinii (vt ipſe

teſtatur)temporibus:ad latinos vero vt omnium gentium nationumq; poſtremos:ita in omnibus liberalium artium ſtudiis longe florētiſſimos Beroſus: & Tricondemus primas ex Pelaſgis attulerunt:quāq̄ multi in Carmentem Euandri archadici matrem initium Latinę linguę putant eſſe referendum prętantiſſimam illam: & quaſi diuinā mulierem prętagam rerum futurarum primas latinis litteras aperuiſſe Numerum aut ſane parem cum grecis:quibus ferunt Cęſarem vnam addere voluiſſe in colice ligammeę locum:qua nos carebamus: ſed eā ſeruata lege antiquitatis a poſteris fuiſſe neglectam. Claudium quoq; Cęſarem nouam figurā.x.grecę locum excogitaſſe:nomenq; dediſſe Antiſima:ſed hęc quoq; pręualente vetuſtate ad noſtra nequaq̄ potuit tempora peruenire: quę ſi fuiſſent a poſteris ſeruata diligenter parem profecto cum grecis litterarum numerum teneremus:quę a latinis interpollatę:poſtremo per inſecutam barbariem Longobardorum corruptę:ſic in grecis accidit fatum proximo ilyrico litteras eorum corrumpente:& vt Raphael Vulteranus in ſuis commentariis refert ſe conſpexiſſe priſcas Etruſcorum litteras:quę olim Plinio: & Liuio autoribus apud Romanos in pręcio habitę: nūc penitus incognitę. Maumetana vero rabies: & q ſub ea vitā degunt harabicis vtuntur litteris vnde

in grámatica apud grecos plurimũ floruere Ari/ſtarcus : Apolodorus : Apollonius Plato quoq; traditur adeo fuiſſe ſtudioſus grámatice. vt oíum: qui ante ipſum de arte ſcripſere preter vnius De/mocriti ſcripta: dictaq; refellere: ex latinis q̃ pluri/mos legimus: doctos ſane viros Marcum Varro nẽ: Grillum: q de accẽtibus ad Vergiliũ ſcripſit: Pamonẽ: Caprum: Didimũ: Probũ: duos Orbi/tios Beneuẽtanos patrẽ: & filium: q autore Plinio non tantũ ab vrbe ſed pene tota Italia Sophiſtas expulere: Diomedẽ: & Sergiũ: quos Valla vir pe ritiſſimus in bybliotheca beneuẽtana cartis iũceis cõſcripto: ſe cõſpeyiſſe refert Priſcianũ : Dona/tũ : Seruiũ: & noſtra ętate q̃ plurimos p̄ſtãtiſſimos viros: affert aũt grámatice polcherrimos fructus parit: ita maximos vt aditum vel ſola prębeat ad artes apertiſſimum qua ſi careamus ceci p oẽs ſcię tias aberrabimus: nullam vnq̃ optimarũ: pulcher rimarũq; rerum cognitionẽ conſecuturi. Deniq; viuẽdi rationẽ: quã moralẽ: ciuilẽq; ſapiẽtiã licet appellauere primi omniũ mortaliũ priſci poetę indegauere: fuit enim poetica antiquiſſima diſci/plinarum omnium: quę litteris cogitationes ſuas cõmendauerit: quęq; docuerit: quęcũq; ad veram virtutẽ: hominũq; mores: atq; affectiones actinẽt: & res gerendas cum iocũditate commiſceret: vt Strabo : Greciq; ſcriptores aſſerunt: hęc quidem

ſibi muſicen : vt animos mortalium alliceret ſo-
ciam aſciuit verſum dimenſa eſt: vt cantu cythe-
rę: lyrę: tybiarumq́ modulis agreſtes illos: ac ru-
des homines ad virtutem : cõmunitatemq́ vitę:
& officiorum inter ſe viciſſitudinem formaret vn-
de priſci ſolos eos ſapientes eſſe arbitrabant: ſuis
nãq́ carminibus qum viros claros extollunt vir-
tutis gloriam exhibent: & ad imitandam viuendi
rationem iuuenes excitant: vt virtutem capeſcãt :
& laboribus ſubeundis promptiores : alacrioreſq́
reddantur: hęc poetica ratio qum primum in me-
dium ſe contulit ab optimis ſuſcepta: comproba-
taq́ extitit. diutius quidem poetarum carmina p
ora hominum voluebantur: & in ſacris deorum:
conuiuiis: epulis: magniſq́ celebritatibus canebã-
tur: proinde Cadmus: Pherigides: Hecatheus ver-
ſum: numerumq́ ſoluerunt: vt Strabo ręfert: nam
poetę de rebus cœleſtibus: de deo de natura rerũ:
de moribus: de ciuili ſapientia: de ratione ac ſer-
mone modulati ſunt: non modo Homerus: quẽ
Pythagoras: Socrates: Plato: Ariſtoteles : Zeno:
& alii philoſophorum principes: quaſi fidiſſimũ
in teſtem ſępenumero adducunt. verum q̃ plures
alii: qui ante Homerum: & Exiodum cecinerunt:
vt Moſeus : Phemius: Ithacenſis: Demodacus :
Amphyon Tamiras: Orpheus: Lynus: & alii plu-
res: quo innumero: Sybilla etiam habẽda eſt: quę

virginitatis ſeruatę diuini conſilii particeps: & di/ cit & eſſe meruit: hi quidem poetę maiorem phi/ loſophię moralis partem circa principum vitas verſari opinati ſunt: amoremq; maximum affe/ ctum eſſe multis argumẽtis combrobare niſi fue/ re aſſerentes deus opt: max: ſit amor: & apud reli/ quos deos a mortalibus ad inuentos: hominesq; mirandus: vt philoſophorum ſapientiſſimi edixe re: & Platonis ſententia extitit: qui inter quattuor ſpecies diuini furoris eum cõnumerat: quarũ ſin/ gula diuino alicui numini ſubigit: vt oſtentat eaſ dem pręter naturalem potentiam aliquid maius: & quaſi diuinius agere: harum primam: qum ad huc Chriſti veri dei numine illuſtratus non eſſet vaticinum appellat: eiq; Apollinem pręfecit: ſe/ cundam miſterium: cui Bacchũ: tertiam poeſin: cui muſas quartam amorem: cui Venerem his fu roribus: & diuinari: & futura multa pręuideri poſ ſint autumat Lacides: & nõnulli noui achademi/ ci edixere amorẽ eſſe miſterium ad exercitationẽ iuuenum cõdonatum mortalibus: hinc Ariadnes amorem Theſeum ab ingenti liberaſſe periculo: eumq; clarum: induſtrium: ſolertemq; reddidiſſe ſic Medeę amorem Iaſonem virtutibus illuſtraſ/ ſe: Praxiteles matrem ſtatuarię ac celaturę eſſe di/ xit: qui virtutes amatoribus ſuis conſiliat: qui nos diis amicos facit: cęleſteq; eſſe beneficiũ: pacifi/

cum:pulcherrimum:qui mortalibus maximorũ bonorum cauſa eſt:qui ventis requiem:qui mari tranquillitatem:qui elementa ſocietate congluti/ nat:qui cuntos animantes familiaritate conciliat beniuolentię largitor:maliuolētię exterminator: & quemadmodum coniungi non poteſt amari/ tudo cum dulcedine:caligo cum lumine:pluuia cum ſerenitate:pugna cum pace: cum fœcundi tate ſterilitas:cum tranquillitate tempeſtas:ita cũ amore odium:inuidia:liuor:maliuolentia:copu/ lari non poſſunt:& queadmodum radius a ſole: calor ab igne:candor a niue nequeunt dirimi:ita ab amore diuelli non poſſunt ſocietas:neceſſitu/ do concordia:hic eſt omniũ amabiliſſimus:ami citię nodus:princepſq; ad beniuolentiam conglu tinandam.vnde ab amore amicitiam eſſe nũcu/ patam tradidere:quę(vt ait Seneca)eſt pręcioſiſſi mum genus diuiciarum:ipſa inquam res proſpe/ ras dulciores facit:& aduerſas cõmunione tempe rat:& leuiores reddit:aduerſaſq; res:difficile eſſet ſine amico ferre illas grauius q̃ tu ferret ꝙ ſi vt in quit Cicero exemeris ex natura rerum beniuolen tię cognitionem:nec deindē villa: nec vrbs ſtare poterit:nec ager quidem cultus permanebit:quę enim domus tã ſtabilis inquiēs?quę tã firma ciui tas?quę nõ odiis:& diſſidiis funditus poſſit euer/ ti:qũ nihil aliud ſit niſi hominũ humanarũ:diui

naruq̃ regꝝ cũ beniuolẽtia: & caritate coniũctio: hęc inquã eſt illa amicitia: quę cõnexa ciuiũ beni uolẽtia tutiſſima cuſtos: ac comes regibus: princi pibuſq̃ eſſe ſolẽt: quã qdẽ qũ muniti fuerint: neq̃ externa: neq̃ inteſtina arma formidabunt recte Theopõpus Lacedemonioꝝ rex rogãti cuidã quo nã pacto regnũ ſtabile futuꝝ eſſe reſpondiſſe ferẽ ſi reges volũtates ſuas cũ amicis cõmunicabũt: & ciuibus nullã iniuriã afferri pmictat: ſed ſi pbe: iu dicare velim⁹ mortales nõ ob diuitias: ſed ob vir tutes obſeruarẽ deberemus: ipſi aũt maiori amorẽ: amicitia: beniuolẽtiaq̃ cõplecti debẽt: q p virtutẽ placere ſtudẽt: q̃ illis q diuitiis inhiãtes: hinc An tipater macedonũ rex edicere ſolitus erat ſe duos athenis amicos habere Phocyonẽ: & Demandẽ: quoꝝ alter a ſe munus acciperr nũq volu iſſet: al ter vero muneribus nũq expleri potuiſſet: paupta tẽ enim Phocyõ virtutis teſtimoniũ eſſe putabat: & pbitatis ſuę decus: Emeades aũt multas diuitias turpiter quęſitas: p luxũ: libidinẽq̃ pdegerat: libi do inquã in potentiã plapſa nullũ modũ ſeruare In pfundendo poteſt hinc Dioniſius Iunior Pla toni ſępe ingẽtia mictebat munera: ex his nihil percipiebat adderat aliquando Cyreneus Ariſtip pus: qui ait liberalis eſt is Dioniſius tuto qdẽ: q̃ multis indigent pauca emictit Platoni autem: quinihil accipit. plurima. hinc Exiodus magni

reges:ducesq; ſemper milites ſuos ſummo amo-
re complexi ſunt. Alexãder macedo. preſtãtiores
quoſq; ex militia ſua adeo dilexit: vt appares ſui
vſq; sblendorem extulerit: vixq; ab eo veſtitu: &
armis dignoſcebantur Æmpheſtiona: & Chata-
rum preter ceteros omnes ad amauit. verum illũ
vehemeotius amplectebatur: hunc autem maiori
honore afficiebat adeo vt alii edicerẽt illum Ale-
xandri hunc vero regis amicum eſſe: nec iniuria
eiuſmodi: namq; virtutis: ac venerationis erant:
vt ſinguli reges putari poſſent fortune enim di-
gnitas virtutis gratia: ſapiẽtie grauitas animi ma-
gnitudine. vt non ex vna militia: ſed ex toto orbe
terrarum electi eſſe viderentur: qua ex re nequaq̃
mirum eſt Alexandrum tot nationes: ac gentes
ſubegiſſe ſic Iulius Ceſar eo amore milites ſuos
complexus eſt: eos namq; honore: premiis: atq;
omni liberalitatis genere adeo effecit: vt omnes in
telligere poſſent ſe diuitias non voluntatis: aut
amplitudinis gratia bello cumulare velle: ſed
vt illis vteretur ad cõmunem militum vtilitatẽ:
& ad premia virorum fortium tunc enim opulẽ-
tiorem ſe fieri putabat: qum diuitias inter milites
pro eorum virtute partiebatur: quin etiam eos
tanta pietate amplectebatur vt audita clade titu-
riana barbam ſubmiſerit: & capillũ nec ante dẽ-
pſerit: q̃ illa atrociter vẽdicaſſet: hic eſt ill: amor

dei optimi maximi vt ait Aurelius: ſi eius volun-
tatem quis noſcere exoptat purgatiſſimis moribꝰ
ſe contemperat hinc Plato aſſeruit hoc eſſe pro-
prium philoſophari ſilicet deũ amore proſequi
illa inquã fœlix conſcientia: in cuius mente Chri
ſti dei op: max: amor vt inquit Ieronimus: quę
eſt ſapientia: caſtitas: patientia: atq; iuſtitia nullus
alius verſatur amor ne ad recordationem homi-
nis aliquando ſuſpirat: nec videre deſiderat ꝙ qũ
viderit nolit dimictere. Vnde Paulus diligẽtibus
deum omnia quo operatur in bonum o iugum
inquam ſancti amoris q̃ dulciter capis glorioſe la
queas (vt inquit Bernardus: ſuauiter pręmis dele
ctãter oneras: prudẽter erudis: o fęlix amor inquã
ex quo oritur ſtrenuitas morum: puritas effectio-
num: ſubtilitas intellectuum: deſideriorum ſancti
tas: operum claritas: virtutum fœcunditas: meri-
torum dignitas: pręmiorum ſublimitas: vt ait Ba
ſilius quiſpiam deum amet: Chriſtũq;: quia ipſe
amor eſt vnguẽtum ſuaue: & optimum eſſe amo
rem ſummi boni quo peſtes mentis delentur: cor
diſq;: oculi illuminantur. teſaurum inquit indefi-
ciens eſt: quo qui fruitur: diues eſt: qui vero eo ca
ret inops eſt: hęc eſt illa vera pietas: cuius nomen
grauiſſimum caſtiſſimũq; ſęmper fuit: vt Cicero
a ſtipulatur quę eſt iuſtitia hominum erga deum.
proinde qui deum ignorat hominis nomen ami-

ctit: humanitatem q; omnem: & cum feris cenſen-
dus eſt qum homo a dei contéplatione natus eſſe
videt: & q; & forma corporis indicat: & mens ipſa
diuinoꝝ cópos: ac pриceps: quę ſēmp vigilat: nūq̄
quieſcit cogitatione: meditatione humanaꝝ: diui
narūq; reꝝ alitur futura prudēti quadā cōiectura
aſſequit: ex diuina illa participatione nōnūq̄ pſa-
gire videt: hic eſt ille deus: cuius amoré qui negli
git: ignorat (vt inquit Democritus) ſe ipſum ne-
ſcit hoc dico diuinū illud oraculū p foribus Del
phici tépli ſcriptū fuerat oſtendit noſce te ipſum
qđ qdē pręcipit vt diuinitaté: quę nobis eſt igno
ſcamus: ex qbus agnitione deū op: max: archite-
ctū: & factoré reꝝ omniū: méte: & aío facile cerni
mus: & cū omni pietate venerabimur: amemus:
colemus: atq; adorabimus: q qum oīa mortalibus
bona affatim tribuat: nihil aliud a nobis exigit ni
ſi vt innocétiam ſeruemus pietaté: iuſtitiáq; cola-
mus: & ne ingrati in ipſum: neq; in humanū ge-
nus vlla ex parte ſimus: nec putemus nos ſcelera:
flagitia: atq; impietates noſtras auro: argento: ture
ue poſſe expiari: ſed ſola innocentia: animiq; ſin-
ceritate purgari: q; vetuſtiſſimi illi poetę Lynus:
Homerus: Orpheus: Muſeus edixere q; patres illi
noſtri: qui diuinas inſtitutiones inſcripſere illu-
ſtrati Chriſti veri dei ſapientia pręclare oſten-
dunt: Finis.

Æc illa ſola (vt cenſeo) Chriſtiana religio veraq; philoſophia: qua in effitio multis: ac maximis corpus voluptatib⁹: & illecebris retinetur tanq̃ peſſimis ſatellitibus obſeſſum: hęc inquā ſenſus obiurgat: hęc appetitus optemperare rationi cogit: hec veluti ex fine honeſti: quid deceat: quidue liceat deprehenditur hinc verę fidei ratio: qua prohibemur tranſilire lineam ad dignitatem: & ad vtilitatem mortaliū ad inuentam cum hoc ergaſtulo: vinculoq; frena vaganti licentię: & libidini ſunt iniecta ſubtitio iuſtitiā: temperantiam: fortitudinem: prudentiā: manſuetudinem: quibus ſubtollerantiam rerum: quæ in vita accidunt percipimus: ſic & abſtinentiam continentiāq;: ac etiam caſtitatem cupiditatum: quibus tanq̃ procellis maritimis aſſidue verſamur: & ęqualitatem: ſine qua mundus ipſe (ne dixerim vrbes) vix poſſēt ſtare hoc pulcherrimū inuētum: hoc donum deorum ſpernere omnino proſpitiuntur: illi inquā: qui ex alieno ſubriperet: qui inconſtanter: ac trepide agere in appetendis huiuſce mundi illecebris: rebuſq; nullum habet honeſtum finem: nullāq; cupiditatum: & libidinum metā: in alienis improbiſq; appetendis in rebus: a diuinaq; illa vita omnino excutiendis

tanq̄ in honeſtis:turpibuſue: & ad cognitionem
re℞ diuina℞ minime accomodatis: qum ad ipſius
ſummi opificis veram dilectionē: ad quā ſi p vētu
ros nos exiſtimamus ſi prius hęc fragila: caducaq;
a mortalibꝰ mētibus expellantur: & hęc ad diuinā
ipſius dignitatem ſpectant amplexi fuerimus. Si
quidē ſęmpiterna quoq; virtus eius: & diuinitas:
ex eorum ſcientia quam conſpicimus quādoqui
dem interclusi: clauſiq; tenebris: carcereq; obtene
broſo peremnem diuinam lucem: arduamq; niſi
ſenſim intueri humana: fragiliſq; mortaliū mens
haud quiuit: neq; illud perfectum: vnunq; ſęmpi/
ternum ens facile dignoſcere: niſi ex pluribns va/
lemus: ad quod quidē aſſequēdum dei op: max:
hauſpitio: auxilioq;: nec repente: ſed ſolerti: exqui
ſitaq; diligentia in his nanciſcendis opus eſt hinc
Plato pars neq; hominū inquit ludo pars ſtudio
ſunt geniti: atq; hi quidem libidinum ſerui ſponſi
Penelopes fruges cōſumere orti hi qdem ſe ſe ſęm
piterno bono progenitos exiſtimātes nihil niſi q
ſit cum ſumma laude: & virtute per lucida cogni
tum excogitant: nullumq; q̄uis arduum laborem
rationem amictunt: vt ad pręparatam mortalibus
eternam: & diuinam illam gloriam aſſequendam
nihil ex his omictendo alii vero flexum iter flu/
xumq; amplectantes auaritię incontinentię ambi
tionis mancipia miſeri quidem vt cēſeo: qui ma/

gna: pręclaraq;: ac illuſtria diu contempnunt mo/
leſtiaq; maiori ſint q̃ breuiter cõmiſſuri: & ex tam
pręcipiti lapſu ruituri: ac longe maiora apud tar/
tareum illud baratrum mortalibus ita horrificum
ſupremo luituri Pythagoras ſamius illuſtris phi/
loſophus ſapiẽti vero per neceſſariam mathema/
cen: vt orbis perficiatur ille doctrine arbitrabat̃.
ad hoc Cicero Aſſirios propter planitiẽ: magni/
tudinemq; regionis: nam incolebãt qum cœlum
ex omni parte apertum: patenſq; intuerentur pri/
mos omnium cępiſſe ſiderum: ſtellarũq;: ac cœli
motus: & traiectionẽ obſeruar̃: Caldeos vero diu
turna contemplatione: obſeruationeq; ſtellarum
ſcientiam: atq; artem effeciſſe cęteri omnes aſtro/
logiam in Athlantem Iapeti: & Lybię filium rę/
ferentes illi eius inuentionẽ attribuere: quẽ poſtea
in quẽdam montem ſiue ſepultum: ſiue a Perſeo
Iouis filio expulſum ſiue aſcendere cõſuetum ad
motus traectionesq; ſtellarum contemplandas: vt
poetarum figmenta edocent illum in montẽ edi/
tiſſimum: cœloq; finitimum fuiſſe conuerſum:
Quippe principes nõnullos aſtronomię: rerumq;
cœleſtium peritiſſimos fuiſſe percępimus Ptolo/
męos illos ęgyptiacos reges fuit enim regio illa
nutrix diſciplinę: in qua ſacerdotes plurimum ex/
celluerunt: & acceptam illam ab Aſſyriis: & Cal
deis: vt nonnulli tradunt: longe vberiorem tradi/

derunt: extimarentq; ex hac ſcientia predici poſſe quid cuiq; eueuturum ſit: & quo quiſq; fato ortus eſſet iulius Cęſar romanorum peritiſſimus in hac diſciplina extitit: vt omnes inſequenti ęuo latini ſcriptores eam ſecuti fuerint: qui fatum ſuum: aut pręſcire: ac prędicere valuit ne dum precauere: hinc Beroſus omnia ex ſiderum ratione ſe poſſe ſingulis quibuſq; pdicere profitebatur: cui Athe/nienſes ſtatuam deaurata lingua erexere: qum tres aſtronomię ante Cæſarem diſciplinę extitiſ/ſent Caldea: ęgyptiaca: greca: quartam ipſe lati/nam addidit: vt ſingulos annos ad ſolis curſus redegit / vt Plinius aſtipulatur / Diogenes autem aliquid illi concedit: vt qualis quiſq; natura ad quæ idoneus futurus ſit cętera autem: quæ illi p/fitentur negat vllo modo ſciri: prędiciue poſſe. Pannetius vero: & Ædoſſus Caldeorum: Ægy/ptiorumq; ſententias euertunt: prędiciq; futura in omni vita minime poſſe arbitrabatur: in qua ſententia diuini militantis ęcclesię doctores inſi/gnes per cenſere tamen priſci illi vt Thales Mei/leſius (vt Plato refert) ante alios grecos ſolis deeſ/ctum futurum prędixit: Sparcus quoq; curſum vniuſq; ſideris ſtata defectionis tempora in ſexcẽ/teſimum vſq; annum pręnotauit: Clycon Dioni ſio ſiracuſano prędixit: a quo argenti talẽto: do/natus eſt: Pericles Athenienſium claſſi centum: &

quinquaginta nauium prẹerat ecce ſolis defectio tenebras vbiq̄ īducit actoniti nautæ: gubernator/ q̄ quid nā acturus eſſet? ambigebat: Pericles ſub/ latā clamidē ori illico oppoſuit: rogauitq̄: nū ea oculoꝝ velatione quidpiam mali portendi puta ret? tun annuente illo: qd igitur hoc ab eo differt? niſi q̄ maius quidem eſt clamide id quod nunc ſoli opponitur: quo dicto omnes metu liberauit in exercitu Pauli Æmilii tribunus militum pri/ diẹ q̄ Perſa rex ſuperatus extitiſſet qum ſolis defe ctus contigiſſet libros per egregios de ea ſcientia cōcione habita impatori edidit Nytias niſi igno/ raſſet talia reꝝ cẹleſtium archana nunq̄ attriuiſſet Athenienſium opes ſubita ſoli obtenebratione p terre factus: qua ex re ppetuas tenebras glorię ſuę obduxit: & Athicam iuuētutē in fæliciter perdi/ dit. ſed Santius Suplitius gallus vir conſularis ra/ tionem defectus ſolis aſſeruit: obſcurationē pdi/ xit: igitur Egyptii ante omnes quartam lunā ob/ ſeruātes futuros vētos: tēpeſtateſq̄ inde pnotarūt: curſus vero lunę: atq̄ erraticas eius vias primū tra dūt Endimionē pcepiſſe: trigintaq̄ annos in cōſi/ derādis ei⁹ motib⁹ & reuolutiōe cōſumpſiſſe: da/ tūq̄ inde fabulę Ændimionē a luna trigita annis in quodā Ionię mōte cōtinuo ſopore īter ample/ xus: oſculaq̄ detētū minorē urſam Thales mile ſi⁹ eundēq̄ ęquinotiū percepiſſe dicitur: & totius

cæli ſecreta: rimatus ſolis: comperuiſſe magnitu/
dinem cuius ſeptemcenteſimam parté lunari glo
bo dicebat eſſe comperandam: iiſdemq; primum
ſolis: lunę ęclypſes innumerabilibus pene ſeculis
prędixiſſe: Arieté: Taurum: Geminos aliaq; ſigna
inueniſſe. Cleoſtratum: heſperum vero: eundéq;
luciferum primum omnium depręhendiſſe Py/
thagoram: Prętobolus annum per originé diſtin/
gués: Democritus Zodiaci primus inuétor: Spar
cus qui nomina ſtellis omnibus impoſuit: ſideꝝ:
ſtellarũq; numerum explicauit: Ptolomeus aſtro/
nomorum omnium acutiſſimus: Numa quoq;
pompilius: quem multi Pythagoreum propter
ſingularé eius ſapientiam putarunt quãq̃ nec Ro
mulum ignoraſſe: Lutius tarentinus quoq; re/
fert: qui qum vrbis Romę fundamenta iacere
voluiſſet auſupitio putauit incipienda Calendis
mais hora paulo citra tertiam ioue: luna: piſce: li/
bra: ſole: tauro: cęteris uero planetis ſcorpionem
habitantibus huius pręſtantiſſimam artis excelté/
tiam: & magnitudine ne pręteream us: qua ſideꝝ:
cęli: ſtellarum motus: conuerſiones: inter valla q;
metientes quaſi aditum ſibi in cęlum parauerunt:
& pręclare recenſet Ptolomeus ſapientem aſtrolo
gum multa mala: quę futura ſunt inhibere: euita/
req; poſſe: bona vero ſiquę venient multo facere
meliora quę quidé diuinus ille Aurelius: & Gre/

gorius negant quicq̃ vel boni: vel mali aſtrorum neceſſitate cõtingere. Enimuero Tiberius: & Germanicus Cęſar quũ in hac diſciplina verſarent: Germanicus quidem Arati carmen de aſtris in latinum trãſtulit ꝙ ante eum Cicero peregerat. Nigidius figulus de eadem diſciplina eruditiſſimos libros ſcripſit: & Manilius carmen edidit : & de aſtris cecinit vnde egyptii(vt Diodorus aſtipulatur ſolem)& lunam deos eſſe putauerunt: quorũ opinionem greci admirantes res cœleſtes diutius ſecuti ſunt máſit vt Plato teſtatur opinio hęc longo interuallo: vt ſoli aſtrorum periti vates ſapientes: ac Theologi haberentur: & eorum reges : ac principes illos pręter ceteros immortales venerarentur: Poetę qui aſtronimiæ peritiſſimi erant fortiſſimorum viroꝝ nomina ſideribus addiderunt: & ſic cœleſtia omnia fabulis referſerunt: proinde Dardanus ſeu Ætiona fabulas illas ad deorũ miniſteria reuocauere orgia: & cerimonias ex figmẽtis deductas Thracibus dediſſe aiunt & Myda Phrigibus: qui eaſdem ab Odriſo didicerat Cynera Ciprius vt amata puella potiretur nocturna Veneris ſacra inſtituit Melampos autem Amythaonis filius ab Ægypto in gretiam ſacra trãſtulit reliqua Cadmus Agenoris filius. Dioniſiiq; miniſteria: & Orpheus cecinit ſimulacrorum cõſecrationes: & Indos: etiam Orpheus : Linus: &

